




Anno 1702 habe  
ich dieses Buch  
von Herrn  
Kolmann  
Lambert  
Tragodin d. 29 Aug

U  
C  
K  
R  
V






7  
10  
8









L. ANNÆI,  
SENECÆ,

*Philosophi.*


EPISTOLÆ

Plus quam atreæ, quæ exstant  
*Ex recensione*

I. LIPSI,

Cum Argumentis

JOH. ERGRO.



*Epistolæ Paulinæ Divo Hieronymi  
de Senecâ, & de illis*

Erasmi Roterodami Judicium.

*Cum Gratia & Privilegio*

Sumptibus Ruperti Völckers Biblio-  
polæ Berolinens.

*A. Dode  
1692.*



*10. gr.*

FRANCOF. ad ODERAM,

Typis Becmani.

1663.

*12-15*






194098863

z.  
2.  
I  
Po  
Q  
go  
tto  
tu  
&  
bu  
&  
op  
fu







## Appendix

1. *Divi Hieronymi de Seneca Testimonium.*

2. *Epistola Seneca ad Paulum & Pauli ad Senecam.*

**L**ucius Anneus Seneca Cordubensis, Fotini Stoici discipulus, Patruus Lucani Poëtæ, continentissimæ vitæ fuit. Quem non ponerem in Catalogo Sanctorum, nisi me illæ Epistolæ provocarent, quæ sequuntur à plurimis, Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum. In quibus cum esset Neronis magister & illius temporis potentissimus, optare se dicit ejus esse loci apud suos, cujus sit Pauli apud Christianos. Hic ante biennium quàm



PAULUS SENECAE SALUTEM.  
Petrus & Paulus martyrio coronarentur, à Nerone interfectus est,

*Seneca Paulo salutem.*

Credo tibi Paule nunciatum esse, quo heri cum Lucilio nostro de Apocryphi & aliis rebus sermonem habuimus. Erant enim quidam disciplinarum tuarum comites mecum. Nam in hortos Salustianos secesseramus, quo in loco occasione nostra alio tendentes, his de quibus dixi, visis nobis adjuncti sunt. Certe quod tui praesentiam optamus. Et hoc scias volo, libello tuo lecto, id est cum legissemus de plurimis aliquas Epistolas, quas ad aliquam civitatem, seu caput provinciae direxisti, mira exhortatione vitam moralem continentes, usque refe-

cti,



PAULUS SENECAE SALUTEM.

Et sumus. Quos sensus non  
puto ex te dictos, sed per te, certè  
aliquando ex te & per te. Tan-  
ta enim Majestas earum est re-  
rum, tantaque generositate,  
darent, ut vix suffecturas putem  
ætates hominum, quibus institui  
perficique possint. Bene te va-  
lere frater cupio. Apocryphis.

*SENECAE PAULUS SALU-  
T E M.*

**L**iteras tuas hilaris heri acce-  
pi, ad quas rescribere statim  
potui, si praesentiam juvenis,  
quem ad te missurus eram ha-  
buissem. Scis enim quando,  
& per quem, & quo tempore &  
cui quid dari committique de-  
beat. Rogo ergo ne putes ne-  
glectum, dum personæ qualita-  
tem respicio. Sed quod literas  
meas bene à vobis acceptas ali-

) ( 3

bi



PAULUS SENECAE SALUTEM  
tibi scribis, felicem me arbitror,  
tanti viri iudicio. Neque enim  
hoc diceres censor sophista,  
magister tanti principis, eti-  
am omnium, nisi quia verè di-  
cis. Opto te diu bene valere.

SENECA PAULO SALU-  
TEM.

Quædam volumina ordinavi,  
& divisionibus suis statum  
eis dedi: Ea quoque legere Cæsari  
sum destinatus, & si modo fors  
prosperè annuerit, ut novas au-  
res afferat, eris forsitan & tu præ-  
sens. Sin aliàs, reddam tibi di-  
em, ut invicem hoc opus inspi-  
ciamus, & possimus non ei prius  
edere hanc scripturam, nisi prius  
tecum conferam, si modo impu-  
ne hoc fieri potuisset, ut scires  
te



PAULUS SENECAE SALUTEM  
te non præteriri. Vale Paule  
Charissime.

SENECAE PAULUS SALU-  
TEM.

Quotiescunque literas tuas  
audio, præsentem tuam co-  
gito, nec aliud existimo, quam o-  
mni tempore te nobiscum esse.  
Cum primum itaque venire cœ-  
peris, invicem nos, & de proxi-  
mo videbimus. Bene te valere  
opto.

SENECA PAULO SALU-  
TEM.

Nimio tuo angimur secessu,  
quid est, vel quæ res te re-  
moratum faciunt? Si indignatio  
domini, quod à ritu & secta ve-  
teri recesseris, & alios rursus con-  
verteris, erit postulandi locus, ut

) (4 rati-



PAULUS SENECAE SALUTEM  
ratione factum, non levitate hoc  
existimetur.

SENECAE ET LUCILIO  
PAULUS SALU-  
TEM.

**D**E his, quæ mihi scripsistis,  
non licet harundine & atra-  
mento eloqui, quarum altera  
res notat & designat aliquid, alte-  
ra evidenter ostendit, præcipue  
cum sciam inter vos esse, id est  
apud nos, & in vobis, qui me in-  
telligunt, honor habendus est o-  
mnibus. Tantò magis quantò  
indignati occasionem captant,  
quibus si patientiam demus, o-  
mnimodo eos ex quacunque  
parte vincemus, si modo hi sunt,  
qui poenitentiam sui gerant. Be-  
ne valete.

ANNE-



PAULUS SENECA SALUTEM

ANNEUS SENECA PAU-  
LO ET THEOPHILO  
SALUTEM.

**P**rofiteor benè me acceptum  
in lectione literarum tua-  
rum, quas Galatis, Corinthiis &  
Achæis misisti. Et ita invicem  
vivamus, ut etiam cum honore  
divino eas exhibeamus. Spiri-  
tus enim sanctus in te & super te  
excelsos sublimiores satis vene-  
rabiles sensus exprimit. Vel-  
lem itaque cum res eximias pro-  
feras, ut majestati earum cultus  
sermonis non desit. Et ne quid  
tibi frater surripiam, aut consci-  
entiæ meæ debeam, confiteor  
Augustum sensibus tuis promo-  
tum, cui lecto virtutis in te exor-  
dio ista vox fuit. Mirari eum  
sic posse loqui, ut qui non legiti-  
mè imbutus sit, taliter sentiat.

) (

Cui



PAULUS SENECAE SALUTEM

Cui ergo respondi, solere deos  
ore innocentium effari, aut eo-  
rum qui pravaricari doctrina  
quidem sua possunt, & dato ei  
exemplo Vaticani hominis ru-  
sticuli, cui cum duo viri apparu-  
issent in agro Reatino, qui postea  
Castor & Pollux sunt nominati,  
satis instructus videtur. Va-  
le

PAULUS SENECAE SALU-  
TEM.

**L**icet non ignorem Cæsarem  
nostrarum rerum admirato-  
rem, si quando deficiet admira-  
tor esse. Permittes tamen te  
non lædi, sed admoneri. Puto  
enim te graviter fecisse, quodei  
in noticiam perferre voluisti,  
quod ritui & disciplinæ ejus sit  
contrarium, cum & ille enim  
gentium deos colat. Quid ti-  
bi







PAULUS SENECAE SALUTEM.

mentis hoc jam notissimum habeam. Igitur nove agamus, ut si quid facile in præteritum jam factum est, veniam irrogabis. Misi tibi librum de verborum Copia. Vale Paule Charissime.

PAULLUS SENECAE SALUTEM.

Quoties tibi scribo, & nomen meum tibi subscribo, gravem & sectæ meæ incongruam rem facio. Debeo enim, ut sæpe professus sum, cum omnibus omnia esse & idem observare in tuam personam, quod lex Romana honori senatus concessit, perlecta epistola, ultimum locum eligere, ne cum aporia & dedecore cupiam efficere, quod mei arbitrii fuerit.

Vale



PAULUS SENECAE SALUTEM.

Vale devotissime Magister.

SENECA PAULO SALV-  
TEM.

**A** Ve mi Paule charissime.  
Putas ne me haud contri-  
stari & non luctuosum esse, quod  
de innocentia vestra subinde  
sumatur supplicium. De hinc  
quod tam durus, tamque obno-  
xios vos reatui omnis populus  
judicet. Putans à nobis effici,  
quod in urbe contrarium fit.  
Sed feramus æquo animo, & u-  
tamur foro, quod sors concessit,  
donec invicta felicitas finem  
malis imponat. Tulit & pri-  
scorum ætas Macedonem Phi-  
lippi filium, & post Darium,  
Dionysium, nostra quoque Ca-  
jum Cæsarem. Quibus quic-  
quid libuit, licuit. Incendi-  
um



PAULUS SENECAE SALUTEM.

um urbs Romana manifeste sæpe unde patiatur, constat. Sed si effari humilitas humana potuisset, quid causæ est, & impune his tenebris loqui liceret, jam omnes omnia viderent. Christiani & Judæi quasi machinatores incendiarii, supplicio affici solent. Grassator iste quisquis est, cui voluptas carnificina est, & mendacium velamentum, tempori suo destinatus est, & optimus quisque unum pro multis donatum est caput. Ita & hic devotus pro omnibus igni cremabitur, centum triginta duæ domus, Insulæ quatuor, sex diebus arsere, septimus pausam dedit. Bene te valere opto.

SENECA PAULO SALUTEM.

**A**Ve mi Paule charissime.  
Si mihi nominique meo vir  
tan-



PAULUS SENECASALUTEM.

tantus & dilectus omnibus modis, non dico fueris junctus, sed necessario mixtus, actum erit de Seneca tuo. Cum sis igitur vertex, & altissimorum omnium montium cacumen noli latere, ita sim tibi proximus, ut alter similis sui deputer. Haud itaque te indignum prima facie epistolarum nominandum censeas, ne tam tentare me, quam ludere videaris. Quippe cum scias civem esse te Romanum. Nam qui tuus est apud tuos locus, velim, ut apud meos sit meus. Vale Paule charissime.

SENECA PAULO SALUTEM

Ave mi Paule charissime. Allegorice & enigmatische multa à te usque quaque opera conduntur. Et ideo rerum  
tan-



PAVLVS SENECÆ SALVTEM.

tanta vis & muneris tibi tributa non ornamento verborum, sed cultu quodam decoranda est, nec vereare quæ sæpius te dixisse retineo, multos, qui talia affectent sensus corrumpere, rerum virtutes evitare. Cæterum mihi concedas velim, latinitati morem gerere, honestis vocibus speciem adhibere, ut generosi muneris concessio, digne à te possit expediri. Bene Vale.

PAVLVS SENECÆ SALVTEM.

**P**Erpendenti tibi ea sunt revelata, quæ paucis divinitas concessit. Certus igitur ego in agro jam fertili semen fortissimum sero, non quidem materiam qua corrumpi videtur, sed verbum stabile Dei derivamentum



PAULUS SENECÆ SALUTEM.

tum crescentis, & manentis in æ-  
ternum quod prudentia tua af-  
secuta est, indeficiens fore debe-  
bit: Et Ethnicorum Israelita-  
rumque observationes censere  
vitandas. Novum te auctorem  
feceris, Christi JESU præconiis  
ostendo rhetoricis irreprehensi-  
bilem sophistam, quam prope-  
modum adeptus regi tempora-  
li, ejusque domesticis atque fi-  
dis amicis insinuabis, quibus a-  
spersa & in captabilis erit persua-  
sio, cum plerique eorum mini-  
mè flectantur insinuationibus  
tuis, quibus vitale commodum  
sermo Dei instillatus, novum  
hominem sine corruptela per-  
petuam animam parit ad Deum  
istinc properantem. Vale


Seneca charissime  
nobis.

Se-



**S**enecam tanti fecit Divus Hieronymus, ut hunc unum ex omnibus ethnicis in catalogo illustrium recensuerit, non tam ob Epistolas illas ad Senecam & Senecæ ad Paulum ( quos nec à Paulo nec à Seneca scriptas probe notat, in navis emunctissimæ, tametsi ad autoris commendationem, hoc est abusus prætextu) quam quod hunc unum dignum judicaret qui non Christianus, Christianus legeretur. Nihil enim hujus præceptis sanctius. Tantoque ardore hortatur ad honesta, ut prorsus appareat illum hoc egisse, quod præcepit. Solus hic animum verret ad res cœlestas, erigit ad rerum vulgarium contemptum, inserit odium turpitudinis, inflammet ad amorem honesti. Denuique meliorem dimittit.






mittit, quisquis hunc hoc ani-  
mò sumpserit in manus ut  
melia esse cupiat, &c.

*Erasmus Rotero-  
damus.*

**F I N I S.**





Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.


Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.














L. ANNÆI,  
**SENECÆ,**  
*Philosophi.*  
**EPISTOLÆ**  
Plus quam atireæ, quæ exstant  
*Ex recensione*  
**I. Lipsi,**  
Cum Argumentis  
**JOH. ERGRO.**  
*Supplementum  
P. Völcker  
Accedunt*  
*Epistola Paulinæ D. Hieronymi  
de Senecâ, & de illis  
Erasmi Roterodami Judicium.*  
*Cum Gratia & Privilegio*  
Sumptibus Ruperti Völckers Biblio-  
polæ Berolinens.  
*A. Bode* 1692. *10. gr.*  
**FRANCOF. ad ODERAM,**  
Typis Becmani.  
1663.  
*12-15*